

DIEI 23 ET 25 APRILIS

LUDUS PASCHALIS

VESPERALE



ANTIPHONARIUM
S. ORDINIS PRÆDICATORUM
PRO DIURNIS HORIS

TONI COMMUNES

I - Modus Inchoandi Horas

De-us, in adju-tó-ri-um me-um inténde.

q. Dómi-ne, ad adjuvân-dum me festí-na. Gló-ri-a Patri,

et Fí-ll-o, et Spi-rí-tu-1 Sancto. Sic-ut e-rat in prin-

cí-pi-o, et nunc et semper, et in sæcu-la sæcu-lórum.

Amen. Alle-lú-ia.

Processio III

Salve festa di-es to-to vene-rá-bi-lis ævo, Qua De-us in-

fér-num vi-cit et astra tenet. R̄: Przez Two-je świę-te Zmartwych-

powstanie Boży Synu odpuścisz nam nasze zgrzeszenie. Wierzy-

my i-żeś zmartwych-powstał, żywo-teś nasz napra-wił, śmierciś

wiecznej nas zba-wił, swo-jeś świę-tą moc zjawił. V̄: Ecce renascén-

tis testá-tur grá-ti-a mūndi ómni-a cum Dómino dona red-

ísse su-o. R̄: Przez. V̄: Namque tri-umphánti post trísti-a tártara

Christo úndique fronde nemus grámi-na flo-re fa-vent.

R: Przez. V: Lé-gi-bus inférni opprëssis super astra me-ântem láu-
 dant, ri-te De- um lux, po-lus, arva, fre-tum. R: Przez. V: Qui
 cru-ci-fí-xus e-rat De- us, ecce per òmni- a regnat, dantque Cre- a-tó-
 ri cuncta cre- á-ta precem. R: Przez. V: Christe, salus rerum,
 bo-ne Cón-di-tor átque Redémptor uni-ca progé-ni- es ex De-
 i-tá-te Patris. R: Przez. V: Qui genus humánum cernens mersisse
 pro-fúndo, ut hó-mi-nem e-rí-pe-res es quoque factus homo.
 R: Przez. V: Fú-ne-ris exsé-qui- as pá-te-ris vi-tæ auctõr et orbis in-

tras mortis i-ter dando sa-lú-tis opem. R̄: Præz.

Versiculus:

Ÿ: Mane nobiscum, Dómine, alle-lú-ia.

R̄: Quóniam advesperáscit, alle-lú-ia.

AD VESPERAS

Sup. psalmos Antifona VIIb:

Alle-lú-ia, al-le-lú-ia, alle-lú-ia. *Ps.:* Dixit Dóminus dómino

me-o. E u o u a e.

Psalmus 109

Dixit Dóminus Dómino me-
o: * sede a dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos, *
scabéllum pedum tuorum.

Virgam virtútis tuæ emittet
Dóminus ex Sion: * domináre in
médio inimicórum tuorum.

Tecum princípium in die vir-
tútis tuæ in splendóribus sanctó-
rum: * ex útero ante lucíferum
génui te.

Iurávit Dóminus, et non pæni-
tébit eum: * Tu es sacerdos in
ætérnum secúndum órduem
Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, *
confrégit in die iræ suæ reges.

Iudicábit in natióibus implé-
bit ruínas: * conquassábit cápita
in terra multórum.

De torrénite in via bibet: *
proptérea exaltábit caput.

Glória Patri.

Psalmus 110

Confitébor tibi, Dómine, in toto **corde** meo: * in consilio iustórum, et congregátione.

Magna **ópera** Dómini: * exquisíta in omnes voluntátes eius.

Conféssio et magnificéntia **opus** eius: * et iustítia eius manet in **sæculum** sæculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus: * escam dedit **timéntibus** se.

Memor erit in sæculum **testaménti** sui: * virtútem óperum suórum annuntiábit **pópulo** suo:

Ut det illis hereditátem Génitium: * ópera mánuum eius veritas, **et** iudícium.

Fidélia ómnia mandáta eius: † confirmáta in **sæculum** sæculi, * facta in veritate et **æquitáte**.

Redemptiónem misit **pópulo** suo: * mandávit in ætérnum **testaméntum** suum.

Sanctum et terríbile **nomen** eius: * inítium sapiéntiæ **timor** Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: * laudátio eius manet in **sæculum** sæculi.

Psalmus 111

Beatus vir, qui **timet** Dóminum: * in mandátis eius **volet** nimis.

Potens in terra erit **semen** eius: * generátio rectórum **benedicétur**.

Glória et divítiæ in **domo** eius: * et iustítia eius manet in **sæculum** sæculi.

Exórtum est in ténebris **lumen** rectis: * miséricors, et miserátor, et iustus.

Iucúndus homo, qui miserétur et cómodat, † dispónet sermónes suos **in** iudício: * quia in ætérnum non **commovébitur**.

In memória ætérna erit iustus: * ab auditióne mala **non** timébit.

Parátumcor eius speráre in Dómino, † confirmátum est **cor** eius: * non commovébitur donec despiciat **inimicos** suos.

Dispérsit, dedit paupéribus: † iustítia eius manet in **sæculum** sæculi: * cornu eius **exaltábitur** in glória.

Peccator vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet, **et** tabéscet: * desidérium peccatórum períbit.

Psalmus 112

Laudáte **púeri** Dóminum: * laudáte **nomen** Dómini.

Sit nomen Dómini **benedic**tum, * ex hoc nunc, et **usque** in sæculum.

A solis ortu usque **ad** occásus, * laudábile **nomen** Dómini.

Excelsus super omnes **gentes**
Dóminus, * et super caelos **glória**
eius.

Quis sicut Dóminus Deus nos-
ter, qui in **altis** hábitat, * et hu-
mília réspicit in caelo **et** in terra?

Súscitans a **terra** ínopem, * et

de stércore **érigens** páuperem:

Ut cóllocet eum **cum** princí-
pibus, * cum princípi-
bus **pópuli**
sui.

Qui habitáre facit **stérilem** in
domo, * matrem filiór-
um lætán-
tem.



Alle-lú-ia, al-le-lú-ia, alle-
lú-ia.

Capitulum

Rom. 6, 9-10

CHRI-
STUS resúrgens ex
mórtuis iam non móritur, *
mors illi ultra non dominábitur. †

Quod enim mórtuus est peccáto,
mórtuus est semel: * quod autem
vivit, vivit Deo.

Responsorium II




Hæc di- es, quam fecit Dó-
minus:




exsulté- mus et læ-



té- mur in e- a. Ψ : Confi- témi-ni Dó- mi-



no, quó- ni- am bo-



nus: quó- ni- am in sæ- culum



* Mi-se- ri-cór- di- a e- ius.

Sup. Ps. 113 ant. toni peregrini



Alle-lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú-ia. *Ps.:* In éxi-tu Isra-él **de** Egýpto *



domus Iacob de pópulo bárbaro.

Facta est Iudæa sanctificátio eius, * **Israel** potéstas eius.

Mare **vidit**, et fugit: * Iordánis convérsus est **retrórsum**.

Montes exsultavérunt **ut** aríetes, * et **colles** sicut **agni** óvium.

Quid est tibi, mare, **quod** fugísti: * et **tu**, Iordánis, quia convérsus es **retrórsum**?

Montes, exsultástis **sicut** aríetes, * et **colles**, sicut **agni** óvium?

A fácie Dómini **mota** est terra, * a **fácie Dei** Iacob.

Qui convértit petram in **stagna** aquárum, * et **rupem** in fontes **aquárum**.

Non nobis, **Dómine**, non nó-

bis: * sed **nómini** tuo **da** glóriam.

Super misericórdia tua, et veritáte tua: * **nequándo** dicant gentes: Ubi est Deus **eórum**?

Deus autem **noster** in cælo: * **omnia** quæcúmque **vóluit**, fecit.

Simulácra géntium **argéntum**, et aurum, * **ópera mánuum** hóminum.

Os habent et **non** loquéntur: * **óculos** habent, et non **vidébunt**.

Aures habent, **et** non áudient: * **nares** habent, et non **odorábunt**.

Manus habent, et non palpábunt, † pedes habent, et non **ambulábunt**: * non **clamábunt** in

gútture suo.

Símiles illis fiant qui **fá**ciunt ea: * et **omnes** qui confidunt **in** eis.

Domus Israel **sperá**vit in Dómino: * **adiú**tor eórum et protéctor eórum est.

Domus Aaron **sperá**vit in Dómino: * **adiú**tor eórum et protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, **spera**vérunt in Dómino: * **adiú**tor eórum et protéctor eórum est.

Dóminus memor **fui**t nostri: * et **benedí**xit nobis.

Benedíxit dómui **Israel**: * benedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus, qui **ti**ment Dóminum, * **pusi**llis cum

maióribus.

Adiíciat Dóminus **su**per vos: * **su**per vos, et super filios vestros.

Benedícti **vos** a Dómino, * qui **fecit** cælum, **et** terram.

Cælum **cæ**li Dómino: * **ter**ram autem dedit filiis hóminum.

Non mórtui laudábunt te, Dómine: * **ne**que omnes, qui descéndunt in **infér**num.

Sed nos qui vívimus, benedí-cimus Dómino, * ex **hoc** nunc et usque **in** sæculum.

Glória **Patri** et Fílio, * **et** Spíritui Sancto.


Sicut erat in princípio, et **nunc**, et semper, * **et** in sæcula sæculórum. Amen.




Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Qua finita Antiphona Alleluia repetitur Capitulum Christus resurgens et Responsorium Hæc dies ut supra. Postquam incipitur Ludus Paschalis.

Ad Visitatio sepulchri Sequentia I



Ofia-rujmy chwa-łę w wierze Przy wielkanocnej Ofierze, Gdy Ba-



ranek owce zbawił, Chrystus grzesznym pokój sprawił. Alle-lu-ja!

Z Bogiem Ojcem naszym Panem
Srodze na nas zagniewanym,
Śmiercią nas pogodził srogą
Płacąc za nas krwią swą drogą.
Alleluja!

Śmierć i żywot zbyt przeciwną
Bitwę zwiedli bardzo dziwną.
Żywot, choć umarł prawdziwie,
Zabity, wszelako żywie.
Alleluja!


Discipuli:
Dic nobis Maria,
Quid vidistis in via?

Mariæ:
Sepúlcrum Christi vivéntis,
Et glóriam vidi Resurgéntis.
Angélicos testes,
Sudárium et vestes.
Surréxit Christus, Spes mea,
Præcédet suos in Galilæam.

Omnes:
Jezu, Królu wiecznej chwały
I Zwycięzco okazały,
Wierzym, żeś wstał z martwych żywy.
Chryste, bądź nam miłościwy.
Alleluja!

Ad Apparitio in Emaus

In Ascensione DNJC Hymnus IV



Ie-su, nostra redémpti- o, Amor et de- si-dé-ri- um,



De- us, Cre- á-tor ómni- um, Homo in fi- ne témpo- rum.


Quæ te vicit cleméntia,
Ut ferres nostra crímina,
Crudélem mortem pátiens,
Ut nos a morte tólleres;

Ipsa te cogat píetas,
Ut mala nostra súperes
Parcéndo et voti cómpotes
Nos tuo vultus sáties.

Inférni claustra pénetrans,
Tuos captívos rédimens;
Victor triúmpho nóbili
Ad dextram Patris résidens?

Tu esto nostrum gáudium,
Qui es futúrus præmium;
Sit nostra in te glória
Per cuncta semper sæcula. Amen.

Conductus VIII



Cantor: Mors vi-tæ pro-pí-ti- a, *Chorus:* Sexta passus fê-ri- a,



Cantor: Mortis a mi- sé-ri- a nos e-ré-xit!



Chorus: Di- e Christus terti- a re-surré- xit!

℣: Ad utre palátia:

℞: Sexta passus féria.

℣: Mortis ab angústia nos trans-
véxit.

℞: Die Christus tértia resurréxit!

℣: Fracta sunt impéria:

℞: Sexta...

℣: Ioseph a custódia liber exit.

℞: Die Christus...

℣: Novæ legis grátia:

℞: Sexta...

℣: Veterum mystéria iam detéxit.

℞: Die Christus...

℣: Surgens cum victória:

℞: Sexta...

℣: Collócat in gloria quos dilexit.

℞: Die Christus...

℣: Ad cæli consórtia:

℞: Sexta...

℣: Nostra spes et glória nos
diréxit.

℞: Die Christus...

℞: Amen dicant ómnia: Resur-
rexit!

Ita finis Ludum.


Ad Magn. die 23 aprilis in honore s. Adalberti Ant. IIIb




Per me- rí-ta sancti Adalbér-ti Christe nos ex-áudi, atque e-



ius pré- cibus no- bis suc-cúrre mí- se-ris, alle-lú-ia.



C.: Magní-fi-cat. E u o u a e.



Et exsultávit spí-ri-tus me- us * in De-o salu-tá-ri me- o.


Ad Magn. die 25 aprilis in honore s. Marci Ev. Ant. VIIa




Sancti tu- i, Dómi-ne, flo-rébunt sicut lí-li- um, alle-lú-ia! et si-



cut odor bálsami e- runt ante Te, alle-lú-ia!



C.: Magní-fi-cat. E u o u a e.



Et exsultávit spí-ri-tus me- us * in De-o salu-tá-ri me- o.

Magnificat * ánima mea Dó-
minum.

Et exsultávit **spíritus** meus * in
Deo salutá**ri** meo.

Quia respéxit humilitátem
ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc
beátam me dicent omnes genera-
tiones.

Quia fecit mihi magna **qui** po-
tens est: * et sanctum **nomen** eius.

Et misericórdia eius a progé-
nie **in** progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in **brá**chio
suo: * dispérsit supérbos mente
cordis sui.

Depósuit **poténtes** de sede, *
et exaltávit **húmiles**.

Esuriéntes **implévit** bonis: * et
dívites dimísit **inánes**.

Suscépit Israel, **púerum** suum, *
recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad **patres** no-
stros, * Abraham, et sémini eius
in sæcula.

Glória **Patri** et Fílio, * et Spi-
rítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et
nunc, et semper, * et in sæcula
sæculórum. Amen.

Preces:

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Celebrans:

℣: Pater noster *secreto usque ad* Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞: Sed líbera nos a malo.

℣: Dóminus vobíscum.

℞: Et cum spírítu tuo.

℣: Orémus.

Die 23 aprilis oratio:

Tuam nobis indulgéntiam,
quæsumus, Dómine, † beá-
tus Adalbértus Epíscopus et Mar-
tyr implóret, * ut et delícta nobis
cleménter ignóscas, † et benefi-
cia desideráta concédas. * Per
Dóminum nostrum Iesum Chri-
stum Fílium tuum, † qui tecum
vivt et regnat in unitáte Spírítus
Sancti, Deus * per ómnia sæcula
sæculórum. ℞: Amen.

Die 25 aprilis oratio:

Deus, qui beátum Marcum
Evangelístam tuum Evan-
gélíciæ prædicatiónis glória sub-
limásti: † tríbue, quæsumus, *
eius nos semper eruditiónem profi-
cere, † et oratióne deféndi. * Per
Dóminum nostrum Iesum Chri-
stum Fílium tuum, † qui tecum
vivt et regnat in unitáte Spírítus
Sancti, Deus * per ómnia sæcula
sæculórum. ℞: Amen.

℣: Dóminus vobíscum.

℟: Et cum spírítu tuo.


℣: Benedícat nos omnípotens Deus † Pater, † et Fílius, † et Spírítus Sanctus. ℟: Amen.

Organum




℣ Be-ne-di-ca-mus Do-mi-no. Al-le-lu-ia, alleluia, al-le-lu-ia - -

℟ De-o - - gra-ti-as. Al-le-lu-ia, alleluia, al-le-lu-ia - -



REGINA CÆ-LI, læ-tá- re, al-le-lú- ia: qui- a quem



me-ru-ísti por- tá- re, alle- lú-ia,



resurré- xit, si-cut di-xit, al- le- lú-ia. O-ra pro nobis De- um,



alle- lú- ia.

℣: Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix, Allelúja. †

℟: Ut digni efficiámur promissionibus Christi, Allelúja. †

